



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Methodvs Expeditæ Confessionis Tum pro Confessarijs, tum pro Pœnitentibus**

**Tamburini, Tommaso**

**Coloniæ Agrippinæ, 1657**

De sciente in Confessione Ecclesiam esse pollutam, §. 4

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41773**

in te obligationem eundi : quia  
 ex una parte non est revelare, si  
 eandem ei committas, à quo re-  
 cepisti, ut toties dictum est: & ex  
 alia propter similes negationes,  
 non retraherentur à confessione  
 fideles, immo magis ad eam  
 cum debita dispositione facien-  
 dam excitabuntur. Favet insu-  
 per alia ratio, quia tu meritò ne-  
 gas, ut penitens à sua contuma-  
 cia resipiscat: sicuti meritò, pro-  
 pter eandem rationem eundem  
 aliquando non absolvis.

§. IV.

*De sciente in Confessione Ecclesiam  
 esse pollutam*

16 **D**ubitatur quartò, An si  
 sciat ex confessione Sa-  
 cerdos Ecclesiam esse pollutam,  
 possit in illa celebrare, adver-  
 tente id penitente, vel alijs, &c.  
 Respondeo. Si ex omissione saa  
 criæ



crificii aliqua notitia peccati  
quoad alios, vel aliquod pæniten-  
tenti damnum timeatur: poterit  
rit, & consequenter, iuxta superio-  
rius dicta debeat celebrare; quod  
fortius est vinculum Sigilli, quam  
violata Ecclesiæ. At si nullum

*Delug. l. 1.* detrimenti, vel notitiæ periculi  
*o. nu. 124.* sit, non poterit celebrare, ex De-  
lugo; *ſ* quia urget præceptum  
de non celebrando in loco vio-  
lato, & non urget præceptum  
Sigilli, cum nullum periculum

*t Bonac.* lum damni, nec evulgationis  
*de pæn. d.* esse supponamus. At poterit ce-  
*5 q 6 sect* lebrare ex Bonacina: quia Ec-  
*5. par. 4.* clesia non præsumitur velle ob-  
*num. 23.* ligare Sacerdotem ad non cele-  
brandum, quando ex sola con-  
fessione novit locum esse pollu-  
tum: siquidem Ecclesia semper  
velle favere Sigillo credenda est.  
Utrumque probabile.

17 Quid si solus pænitens  
advertat? Non posse celebrare  
probabiliter decernit Delugo  
a qua



quia eiusmodi omisio, respectu eiusdem penitentis, non est u *Delugo*  
revelatio, ut sæpè diximus: & ex *loco cit.*  
alia parte non est actio circa peculiarem penitentis personam, nec rationabiliter ipsi ingrata: imò Confessarii onus (inquit) si iudicet se profuturum, nec sit suum grave incommodum monere etiam alios, ut nec ipsi celebrent. Verum ex ratione modo dicta à Bonacina, addita ea, quæ dicta est §. 2. num. 4. fine, consequitur posse celebrare, nec ad prædictam monitionem obligari, id quod certè ut probabiliter deductum, amplecti sine dubio possumus.

CA.